



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

88. Cauendu[m] docet à ferme[n]to Pharisæorum, & morte[m] corporis no[n] esse timendam. Quanta item sit consta[n]tis consessionis merces, quanta impiæ abnegationis pœna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

derant, vos autem ædificatis eorum sepulchra Propterea & sapientia Dei dixit, Mitta ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur. ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ qui perijt inter altare & ædē. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant phibuitis. Cum autem hæc ad illos diceret, coeperunt Pharisei & Legisperiti grauter insillere, & os eius opprimere de multis, insidiates ei, & querentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum. * 88.

CAP. 88. Cauendum docet à fermento Pharisæorum, & mortem corporis non esse timendam. Quanta item sit constantis confessionis merces, quanta impiæ abnegationis pœna. Luc. 12. * 87.

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

MULTIS autem turbis circumstantibus, ita ut se inuicem coculcarēt, coepit dicere ad discipulos suos. Attēdite à fermento Pharisæorū, quod est hypocrisis. Nihil autem opertū est, quod non reueletur: neque absconditū, quod non sciatur. Quoniā quod in tenebris dixistis, in lumine dicetur: & quod in auribus locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciāt. Ostēdā autem vobis quem timeatis: time te eum, qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehēnam, ita dico vobis, hunc timere. Nonne quinque passerēs vneunt dipondio, & vnus ex

Q 2 illis

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas,

S. Iohannes.

illis nō est in obliuione corā Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis. Dico aut vobis, Omnis quicumq; cōfessus fuerit me corā hominibus, & filius hoīs cōfitebitur illū corā angelis Dei. qui autē negauerit me corā hominibus, negabitur corā angelis Dei. Et omnis qui dicit verbū in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctū blasphemauerit, nō remittetur. Cū autē inducēt vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.* 89.

C A P. 89. Fugiendam esse auaritiā & sollicitudinē eorum quæ ad victum cultūq; corporis pertinent, ex parabola diuitis horrea sua laxiora facientis, & maximā vim copiamq; rerum in multos annos recondentis. Luc. 21.* 88.

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

At autē ei quidā de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei, Homo, quis me cōstituit iudicē aut diuisorē super vos? Dixitque ad illos, Videte & caute ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his que possidet. Dixit autem similitudinē ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis haberes fructus ager attulit. & cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia nō habeo quō congregē fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruā horrea mea, & maiora faciā: & illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicā animē meę, Anima, habes multa bona.